Errorem, vel alijs quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo. Adquietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes ac earum prosequutiones faciendo. ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis suspensionibus, evasionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrestri, bello, conventioneq ac alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho post Dominicam Rogationum proximo Anno Do 17/v 1670

2120

mini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Chłopeckie Coniuges Zatwarnickiemu Obligant.

2012 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castren Capitan Praemyslien Nobiles Georgius Chłopecki
et Barbara Oplawska Coniuges sani mentibus et cor
poribus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdi
ctionibusq suis quibusuis propriis et competentibus receden
do. Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Jurisdictio
ni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan
do atq subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recogno
uit. Quia ipsi et quidem Consors cum eiusdem mariti sui et [illegible]

Tutoris Coniugalis personali assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, bona sua propria et hæreditaria infrascripta videlicet Obszar nazwany wna worach in sorte Opławskiego in bonis villa Biliana Magna Terra et Districtu Præsenti Præmysliens. iacentia et consisten. cum omni præmissorum Iure dominio, proprietate, tituloq obligatorio, omnibusq et singulis bonorum eorundem vtilitatibus fructibus prouentibus, reditibus, commodis et emolumentis, obuentionibus, attinen. et pertinen. generaliter vniuersis. Nihil ex præmissis Iuris, dominij proprietatis ac cuiusuis competentiæ et prærogatiuæ pro se Recognoscen. seu quopiam alio reseruando aut excipiendo. Verum ita late longe et circumferentialiter prout profatorum bonorum hæreditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem bona ipsimet Recognoscen. tenuerunt, habuerunt, et possidebant. tenereq habere et possiden. debuerunt, ipsosq concernebant, ac ijsdem legitime seruiebant. Iam ex nunc et defacto Nobili Nicolao Zatwarnicki, Nobilis Andreæ Zatwarnicki filio eiusq posteris in Summa Sexaginta florenorum Polonicalium monetæ et numeri in Regno curren. quemlibet florenum grossis triginta Polonicalibus computando et numerando (iam per se Recognoscen. Leuata et percepta, de qua præsen. quietantur) hinc et ad ...

praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli
in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo
proxime et immediate venturo incidens et in defectu
protunc bonorum praefatorum exemptionis Summaeq
praefatae totalis et integrae persolutionis et extunc ad
aliud simile Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli
per Annum tunc proxime venturum et sic consequenter
de Festo ad Festum Anno ad Annum Festis et Annis
sese continue et immediate sequentibus usq ad exemptio
nem bonorum praefatorum Summaeq suprascriptae Sexa
ginta florenorum Polonicalium totalis et integrae realemq
persolutionem obligaverunt inscripserunt et invadia
verunt, prout obligant inscribunt et invadiant prae
sentibus. In quae quidem bona suprascripta praesentibq
obligata et invadiata iidem memorati Recognoscentes
Nobiles Chlopeckie Coniuges, memorato Nobili Andreae
Zatwarnicki obligatorio suo, coram officio praesenti dat
et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq
possessionem per Ministerialem quemcunq competentem
et Nobiles duos die quacunq voluerit officiose acceptan
dam. Per ipsum Nobilem Andream Zatwarnicki obli
gatorium suum eiusq posteros haec eadem bona praesen
tibus obligata et invadiata cum omnibus utilitatibus
et usufructibus tenendi habendi et possidendi illisq quiete
et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumq successorum

processus

quosuis beneplacitos vsus fructus libere et effectualiter convertendi modo ac titulo obligatorio. Debentq et tenebuntur memorati Recognoscen Nobiles Chlopeckie Coniuges prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusuis pecuniarijs habitis et habend supra scriptò Nobili Andreae Zatwarnicki obligatorio suo eiusq posteris inscribunt et obligant praesentibus. Ipsum ac eius successores in dictis bonis praesentibus obligatis et inuadiatis, ratione eorundem ab omni et quauis impetitione Vindica quarumcunq personarum, cuiusuis conditionis status et sexus cuiusuis existentium exorienda et emergenda in omni Iudicio et officio Regni tones quoties opus fuerit semper tueri, defendere, euincere, ac eliberare indemnemq eum cum eius posteris facere redderéq. nec non haec eadem bona praesentibus obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus ac posterioribus super bona praefata modo quouis cuicunq personarum factis et faciend, et eadem afficientibus. Tum etiam à quibusuis Citationibus super eadem bona per praesentes obligata et inuadiata modo quouis importatis et importandis. Lucris denìq et perlucris processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quouis Iudicio et officio

2124

Regni obten et obtinen ac super praemissis omnibus prae
sentibus obligatis et inuadiatis perductis et perducendis
emundare ac eliberare, mundaq semper et libera facere
reddereq. At etiam Intromissionem praefatam coram Officio
praesenti admissam in fundo bonorum praedictorum prae
sen inuadiatorum dum per Ministerialem et Nobiles eli
os offitiose requiretur non denegare, imo debebit et tene
buntur eandem libere dare et effectualiter admittere
dataq et admissa eadem, possessionem et usum fructum, bono
rum praemissorum quouis modo tam per se quam et per
suas quasuis submissas et subordinatas personas non im
pedire nec adimere, (nec ullo modo iniuriari.) Ipsumque
Obligatorium suum et illius Successores in praemissis omni
bus per praesentes inuadiatis nullo modo iniuriari. Ita
ut hic eadem bona praesentibus obligata et inuadiata
is idem suprascriptus obligator suus suis cum successoribus
quiete et pacifice praesentis inscriptionis obligatoriae
vigore tenere habere et possidere queat, illisq uti et frui
possit usq ad exemptionem bonorum praefatorum summa
mq memoratae totalis et integrae ac indiuisae realem
et effectiuam persolutionem. Idq sub vadio similis sum
mae aliorum videlicet sexaginta florenorum Polonicali
um per eosdem Recognoscentes suie illorum Successores
memorato obligatorio suo aut eius posteris ob non com
pletionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum
succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso

ad soluendum

solvendam succumbito ad [illegible] aliqua principali ex præ-
missis non completa, complenda. Citatus eiusdemque memo-
rati Recognoscentes Nobiles Georgius Chłopecki et
Barbara [illegible] Conjuges, sibi aut eorum successores
et adversantium supranominati Nobilis Andreæ Zawar-
nicki eorumque posteros eum ad Officium præsens Castren
Capitan Premisliensi seu eadem vel sibi suprascripto quo
ad respondendum spectat mediante semper in primo
citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri pare-
re, respondere, [illegible] prætactum succumbere et inscri-
ptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pati de-
bebunt et tenebuntur. Hique ac suos successores ad eadem
omnia inscribunt et obligant præsentibus. Illum Ter-
minum primum peremptorium uti et alios omnes eandem
consequentes Causæ eiusdem Terminos semper perem-
ptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate sac-
corum legatione intra vel extra Regnum, militari servitio,
ad munimenta ad exercitum vel aliis quibusvis dilationi-
bus et legalibus impedimentis non differendo. Acquieta-
tionem præterea ultra proximos Officij præfati Castren
Capitan Premisliensis Terminos dilationem sibi non re-
cipiendo, nullasque motiones appellationes ac causam prose-
quutiones faciendo, ac præmissa omnia poenis simplicibusque
vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Iuris
Prorogatione Terrestri, bello, conventioneque ac aliis Iuris qui-
busvis remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quo-
vis modo evadendo. Hac sua præsenti personali recogni-
tione ad præmissa omnia mediante.